



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

Caput IX. De Ecclesia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Spiritu sancto, qui dat testimonium spiritui nostro, quod simus filii Dei.

Sæc. XVI.
A.C. 1548.

CAPUT IX.

De Ecclesia.

Credendum est, neminem extra Ecclesiam Christianam, & Communionem ejus spirituales, vitam æternam consequi posse; Communionis autem hujus eam esse rationem, ut cum Spiritus Christi ab eo ut capite delabatur in corpus suum, hoc est; Ecclesiam, & omnia membra ejus permeet, singula membra percipiant ex eo, quantum sibi satis sit ad salutem, & quamquam Ecclesia, quatenus constat membris talibus, quæ secundum charitatem vivunt; Sanctorum est tantum, & eatenus spiritualis, & invisibilis: eadem tamen etiam sensibilis est, qualem Christus ipse monstrat, inquit: Dic Ecclesiæ. Ad hanc eandem pertinent Episcopi, qui regunt populum, quem Christus Sanguine suo acquisivit: pertinent alii item ministri; dedit namque Deus quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios Pastores, & Doctores; ad hanc eandem Ecclesiam pertinet verbum Dei, quod in aures influit: pertinent Sacramenta, pertinent claves ligandi, atque solvendi, pertinet potestas co-